

卷之三

卷之三

卷之三

卷之三

卷之三

卷之三

This image shows a vertical strip of aged, yellowish-brown paper, likely from an old book cover or endpaper. A red thread is visible along the left edge, suggesting it was part of a bound volume. The paper has a textured appearance with some minor discoloration and small dark spots.

卷之三

Hannover die letzte 3 Drucke

(= 44) 1) Saxo Brundt, Johanna de

Sphaera mundi opus certiorum.

(Leipzig: Dr. Ulrich des Capostulats, 1485 - 1489)

Hain 14 215

BMB. II, L. 636.

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

(= 45) 2) Vergilius, Maffensis (nicht: Virgilinus)

De veritate et phalsa lettha
Leipzig: Konrad Kachelofen.

Hain 14 943

Hain 15 929, BMB II f. 632

BMB
II.
f. 623
3. Februar Altina:

Ec. 8

(= 46) Elegia de amore et amicis illius aetate
Leipzig: Konrad Kachelofen nicht nach Hain 827

A D

CELEBRIT A-
TEM NVPTIARVM

VENERABILIS DN. CHRISTO-
PHORI CHRYSANDRI, PIE-
tate, doctrina, & virtute præditi, Ec-
clesiæ Dessensis Diaconi,

Cum lectissima, pudicissimaq; vir-
gine Margarita, Reverendi doctis-
simi q; viri Dn. M. Iohannis Bren-
delij, eiusdem Ecclesiæ Pastoris, ac
finitimarum inspectoris atq;
Superattendentis fi-
deliss. F.

CARMINA SCRIPTA, AC BO-
ni omnis gratia nuncupata ab ijs, quo-
rum sua cuiusq; versibus nomina
sunt adscripta.

S E R V E S T Æ

Excudebat Iohannes Schleer,
Anno 1599.

GA

1861

ANITA MONT

1861

CANTUS CANTORUM

IN HONOREM MATRI-
MONII, QVOD AD DIEM XVII.
MENS. SEPTEMBR. IVLIANI, INITVRVS
est Iuvenis pietate, doctrina, & virtute præditus, CHRISTO-
PHORVS CHRYSANDER, Ecclesiæ Dessenfis minister,
cum virginè pudicissima MARGARITA, Reverendi & do-
ctiss. Viri M. IOHANNIS, eiusdem Ecclesiæ pastoris, ac
finitimarum Inspectoris ac Superattendentis di-
gnissimi F. BRENDelia.

ODA GREGORII BERSMANI.

Ognomen auri virgerens,
Et margariti nobile,
Puella nomen possidens,
Ius sanciunt connubij.

O fausta tedis nomina!

Hoc utriusq; semine,
Nivana fallunt omnia,
Propago surget aurea.

Nascetur hoc, quod augurat
Divina mens, connubio,
Quæ gemmeis sit prædita
Proles venusta moribus.

Dotem unionis estimant
Candoris elegantia,

A 2

Orbisq;

Orbisq; magnitudine,
Levore, nec non pondere.

Dos est marita, castitas,
Mens fraudis expers, & pudor
Intaminatus, & cutis
Indocta fucum pollinis.

Haud unius conchæ duos
Est uniones cernere:
Vno proba uxor compare
Contenta, non ambit procos.

Aurum caminis excoquens
Non vicerit vis ignea:
Quæ frangitur periculis,
Inane virtus nomen est.

Aurum metallis pranitet,
Nil est obryzo purius,
Sed puritate purior
Sermo est Dei purissimus.

Nascentis ævi secula
Procudit auro conditor:
O nostra priscum commeent,
Post ferrum, in aurum tempora!

PSALMVS

PSALMVS CXXIIX.

Commendans omnibus ho-
minibus , & in primis coniugibus , timorem
Dei , & manuum laborem , utrumque ad
vitæ beatitudinem summopere
necessarium .

Expositum ab eodem .

 Ter beatum , quem Domini timor
Recto gubernat tramite , nec sacra
A lege diversum salebris
Devius insinuavit error !

O te beatum , quisquis es ! affatim
Nam te laboris fenus alet tui ,
Iova benigno , sorte quamvis

Exigua . Facilem ille largè
Victum ministrans , ut bene sit tibi ,
Cornuq; pleno copia suppetat :
Rumore vortant ac secundo ,
Efficiet tibi , cuncta rerum .

Ceu vitis arctans palmite coniuge
Maritat ulmos , aut viridi domum ,


Incingit amplexu stolonum :
Sicut uate sobolis feraci

Ditabit uxor germine liberūm ,

A 3 Mensam

Mensam ambientum, termite utis uam,
Non mentiente spem coloni,
Arborem oliva onerans coronat.
Hæc sunt timenti numinis à Deo
Promissa vita commoda, quæ manent
Eventibus rerum invidendis
Corde Deum ingenuo colentem.
Rector Sionis, celicolum parens,
Lauto bonorum tecumulo obruet,
Tuaq; causa civitati,
Quam colis, esse probè iubebit.
Florente pacis quò Solyma bonis,
Atq; Israëlis incolumi statu,
Natosq;, natorumq; cernas
Progeniem pariter beatam.

A D
VENERABILEM ET
DOCTISSIMUM VIRUM DN. CHRI-
stophorum Goldmanum, Ecclesiæ Dessensis
ministrum, Sponsum, &c.



Vâm vellem, GOLDMANE, tuas inviscere
tedas,
Et corâm votis jungere vota tuis:
Officii impediunt me sed pia munia sacrâ
Quod fecisse, puto, legniter, esse nefas.
Ergo

Ergo dabis veniam, & Socerum, Sponsamq; Socrumq;
Ut faciant, nostra voce rogabis, idem.
Quod licet, & fas est, multa prece Fata fatigans,
Supplicia ardenti pectore vota fero:
M A R G A R I S ut tua sit gemmis tibi carior ipsis,
Pectoris eximia ob corporis atq; bona:
Et tu sis illi fulvo preciosior **A V R O**,
Ingenii propter plurima dona tui.
Illaam sic gemini à parva finxere parentes:
Amlingi talem te pia cura dedit.
O bene par junctum! Sic auro inserta renidet
Gemma: ita corriend lilia mista rosis.
Vitales sacri faxit vos Numinis aura,
Et porrò ferite in tempora longa genus:
Semper ut existant, faciant qui grata Tonanti,
Secla hominum officiis promeritisq; beent.

Johannes Theopoldus.

A L I V D.

 Ριζόφορον Χειρός , καὶ ὄν , Χρύσανθρον , ὁ χρυσός
Τὸν κίρινα τοῖνος ἡγαθέοιο λόγου.
Χειρόνυμον Φορέα , τάπεινον , ὁμόφρον θυμῷ
Μήν Φάσκει Γωῆς αἰδίος θύμεθλον.
χειρόνυμος οὐδὲ θύμεθλον μὴν εποικεδομῆσαι
Καδδύναριν (θύμεις αἱς) σεύσατο ἀπειφάτως.
Ἄρρενος Θυλίνης πεφιλημένος ηδεῖ θεσμῷ
Συμμίσας , αὐτοὺς αὐτοφίλησεν ἀεί.
Μάργυραριν ηδὲ καλὴν καθαρῆς Φιλότητος ἀγοστῷ
Περιπτύσσων Νύμφην , τήμεσσον διηρᾶδ' ἄγε.
Βρενδελίοιο θύγατρος , αὐδρὸς γαθέοιο σαφῆτε
Ομφῆς , ὡς ἄγιος θεσμὸς ὁ συζυγίης.
Συγχάρω γε γαμβρὸτειν . μητῆρ τὸν ἄγαπητην,
Εὐξάμενος ιερέα δῶρα γάμοις.

Dn. Sponso, Collegae suo carissimo,
Petrus Schuman.

M L F V D.

Vid dedicatum poscit amantium
Pectus I E H O V A M ? qui dominum tori
Orat patronum sponsus & a stus
Non Sodomæ, Paridisvē furtum,
Vtrumq; tristis nota tragœdiæ,
Non insolentem divitiis domum
Saxisque cultis, non superbos
Ingenii titulorum honores.
Nec, qua lucrosus spe capiturgener,
Talenta dotis, nec speciem, procos
Quæ fallit haud raro protervos,
Cui laqueos meditatur atros
Cupido parvus. Quippe parentium
Dos magna V I R T U S , & superum favor,
Duramq; fortunam , & secundam
Ferre animo bene pertinaci.
Hac arte Ioseph, & patiens, Iobi
Innixa virtus, rupit ahenea
Is vincula, hic tormenta mortis,
Et Stygium attenuavit austum.
Fertur Tobias Asmodis unguibus
Ereptus : ambos intrepido senes
Damnasse virtutem tenellam
Iudicio, innocuae Susannæ.
Quin imo divum laudibus inferi
Dignata, quod yim pro modico penus
Torvo retardasset marito,
Abigail, sine clade victrix.
Pro quo timendi commeruit D V C I S
Conjunx vocari, ac ipsius exill
Pars, grande robur, & futuris
Fida comes latis in periclis.

Quis

Quisquisq; sit, te progenies sua
Rectè docebit. Vanum opus erigis
Marmor vetustum: sic modestum
Poenituit statuæ Catonem
Nec æra semper, quid bene fecerint
Locuta: fertur pæco libidinis
Extinctus Aegypti colossus
Merce parum Rhodopes honesta.
Sed, Musa, sat sit. Sponse quod expetis,
Sponsa Pudicâ, sit DOMINI favor,
Cui fidis, & sancti SIONIS
Certa salus, decus atq; Sponsis.

Melchior Frencelius J. S.

A L I U D.

Nunc cerno ergo diem, quâ sumis gaudia
SPONSE
Exoptata diu, dum tibi SPONSA datur.
Ergo venit tandem: quam non tibi Cypride natus,
Aut Venus, aut vaga fors sed tulit ipse D E V S.
Cuncta etenim DOMINO fiunt MODERANTE
per orbem.
Tristia sive homini, læta vel eveniant,
Et quamvis mala res videatur crux, tamen haud est:
Nam D E V S ut bonus est, sic bona cuncta facit.
Non opus est igitur fortunam aut fingere calum
Rebus in humanis, quas D E V S ipse regit.
Sic haud conjugii, (quo non est sanctior ordo,
Aut major) Iuno vincula firma facit.
Nec Venus ancipiti mentes, quæ versat amore,
Instabilis nec fors, Idaliusvè puer.
Sed D E V S, ille D E V S, socialis foederis auctor,
Copulat usq; homines mente & amore pares:

B Biblia

Biblia sacra edunt vitæ experientia testis,
Quòd D V C E jungantur fœmina Virq; DEO.
Ille tori cuivis consortem feligit aptam,
Felix & constans HOC sine nullus amor.
Si modò quis votis Numen coeleste vocavit,
Confidens DOMINO quisq; sibi apta feret.
Longior & quamvis intercedat mora, tandem
Fit tamen, id quod vult, quod statuitq; DEVS:
Si fata æqua favent, tantum expectare molestum
Ne sit, néve graves sint in amore moræ.
Nec refert serò uxorem quis vel citò ducat
Sat citò, sat bona si fœmina cuiq; venit.
Quin castè & prudenter amat maturior ætas:
Præceps primus amor saepius esse solet.
Sic cùm GOLTMANNE ô maturâ ætate jugale:
Cum castâ sociâ foedus inire parâs:
Offertur tibi non casu pulcerrima VIRGO.
Sed DOMINI arbitriô judiciôq; DEI.
Quam tibi selegit sociam propriamq; dicavit,
Hæc tibi divinô Numinе nupta datur.
En mora pensatur, nec te spes longa fessellit,
Nam tandem votis annuit IPSE DEVS.
Iam venit ergò dies, SPONSE, ô dignissime SPONSE,
Quâ thalamum ingreditur MARGARIS ipsâ tuum.
MARGARIS hæc casta est, vultus moresq; venusti.
Nam sine duricie, & cum probitate pudor.
Hæc tua LVX erit & REQVIETE, tua sola VOLVptas.
Dulce DECUS vitæ, DELITIÆQUE tuæ.
Nunc igitur donis felix nove SPONSE fruare
Optatis, quæ fert SPONS A cupita tibi.
Et felix es tu lectissima SPONS A, maritus
Dum datur à DOMINO, non aliunde, tibi;
Quum virtutis amans, doctrinâ clarus & arte
Multiplici, est auctus dotibus ingenij:
Bildi B Et mo-


Et modus est similis morum, SPONSA apta marito,
Conveniunt unā, juncti in amore fide.
Gratulor ergo novis S P O N S I S, quos si ammeus ignis
Et morum pietas, junxit & IPSE DEV S.
Idem autor thalami, vestra hæc bene cœpta secundet,
Et vestro præsens adsit adusq; toro.
Proleq; vos donet simili matrisq; patrisq;;
Doctrinā, vultu, moribus, ingenio.
Vosq; diu junctos, longos conservet in annos,
Vosq; det æternâ prosperitate frui.

A

*Sponsæ castiss. parentis ex fratre
Johanne Brendelio.*

F I N I S.





Fa 1388,
80



100



mit der Zeit

Wohl gesetzet und
aufgerichtet



A D
EBRITA
VPTIARVM
LIS DN. CHRISTO.
IRYSANDRI, PIE-
a, & virtute præditi, Ec-
Dessensis Diaconi,
na, pudicissimaq; vir-
ita, Reverendi doctis-
n. M. Johannis Bren-
n Ecclesie Pastoris, ac
im inspectoris atq;
attendentis fi-
deliſ. F.
SCRIPTA, AC BO-
ia nuncupata abijs, quo-
iusq; versibus nomina
nt adscripta.
REVESTÆ
at Johannes Schleer,
Anno 1599.

34